Fragmentarium

eandem orationem repetisset maria mag-
norum. Respondit quia me adiurasti
accede et nosce quod cupis. Sacerdos pa
vens ac tremens. Meministi in evangelio
peccatricem que rigando lacrimis et tergendo
capillis pedes salvatoris veniam prome
ruit. Cumque ille se meminisse et xxx.
annis evolutis exinde hoc factum fuisse dice
ret ecclesie dixit illa se eandem peccatricem
esse et fugisse in heremum et a domino mo
nitam se de hoc seculo migraturam. Refere
bat etiam se per xxx annorum spatium hic
heremum inhabitasse hominibus incog
nitam nec fame nec siti fatigatam nisi
alimento celesti substentatam. Et quia christo reve
lante nunc homines sic de mundo migratu
ra. Iubet illum absque mora beato maximino
adire et omnia ei nunciare quod die dominico
cum ad matutinas laudes surgens ora
torium quod sibi construxit ingrediens ipsam
se sic eventuram predixit. Quod factum est solus
ingrediens oratorium vidit beatam ma-
stantem in choro. Erat autem spacio duorum
cubitorum elevata inter manus angelorum visi
one et sole preclarior. Maximinus autem trepi
dans accedere non audebat. Et illa. Accede
pater ne fugias filiam tuam. Accedente il
lo vultus radiebat angelorum. Convocato
universo clero et sacerdote predicto corpus
domini ab episcopo predicto beata maria recepit
cum multis lacrimarum inundatione et deinde
toto corpusculo ante altare prostrato sanc
tissima illa anima ad dominum migravit.
Post cuius exitum tantus odor suavitatis
ibidem remansit ut per septem dies
ab ingredientibus oratorium sentiretur
et sanctus maximinus corpus eius honori
fice sepelivit et post mortem suam
se iuxta illam sepeliri rogavit.

Jacobi maioris

Iacobus qui supplantator interpretatur filius
zebedei ex maria sorore matris dei
filia salome de anna fi. Fuit iohannis e
maior dictus non tempore etatis sed vocatio
Post ascensionem domini in iudea et samaria p
cavit et dum requireret per plures contrade
in iudeam | ibique per samariam predi
ingrediebatur synagogas probans per
scripturas ihesum filium esse dei. Tunc hermo
magus cum quidam philosophus
sit philetum discipulum suum ad iacobum
ut contrarium probaret. Quo ab apostolo ra
bile convicto et in eius presentia ostensis mi
ris miraculis redit ad magistrum di
iacobum vinci non posse hortabatur mi
ut a iacobo crederet | et se ei credere asserebat
Hermogenes autem per magicam artem immobi
philetum fecit dicens ei videbimus
si iacobus tuus te eruat. Philetus hoc
iacobo nunciat | iacobus sudarium suum
ei mandat dicens quod ut illud tangit
dicat. Dominus solvit compeditos. Quo fa
currit ad apostolum insultans magicis ermo
genis | magus demonibus imperat ut non sol
discipulum | immo et iacobum vinctum sibi ad
cant | qui nihil attemptantes sed iacobum
ntem sufferre non valentes vociferant
se ab angelis igneis cathenis vinctos
quibus apostolus ut ermogenem vincti
illesum ad se perducant imperat | atque
sic manibus ligatis ipsum representaver
apostolo. Rogant ut potestatem eis conf
ut se vindicent de mago qui eos ad a
misit. Ad quos iacobus. Ecce philetus
cur eum non tenetis. Illi autem nec formi
in tuo audemus cubiculo contingere. Tunc iu
apostoli philetus solvit hermogenem qui
iacobus misit liberum ire quo vellet. Cum ille
Non iam demonum. nisi tamen sign

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK LEIPZIG
Fragm. lat 72

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 72, 1v – Jacobus de Voragine, Legenda aurea
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-1hzc/186/2744)